

# DEN TRADISJONELLE LATINSKE MESSEN

## Hele messen på latin og norsk

(Versjon: sept. 2011)

### ASPERGES ME

*Søndagens hovedmesse innledes med Asperges me (Vidi aquam i påsketiden). Når presten kommer fram til alteret, kneler han og istemmer sangen, som koret fortsetter. Presten stenker så alteret, seg selv, ministrantene og folket med vievann.*

**Asperges me, Domine, hyssopo et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.**

**Ps. 50,3: Miserere mei, Deus, secundum magnum misericordiam tuam.**

**Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto, sicut erat in principio, et nunc et semper, et in saecula, saeculorum. Amen.**

**Asperges me, Domine, hyssopo et mundabor: lavabis me, et super nivem dealbabor.**

Sign meg, Herre, med isop, og jeg blir rensset; tvett meg, og jeg blir hvitere enn snø.

Salme 50 (51), 3: Vær meg nådig, Gud, etter din store miskunn.

Ære være Faderen og Sønnen og den Hellige And, som det var i opphavet så nå og alltid og i all evighet. Amen.

Sign meg, Herre, med isop, og jeg blir rensset; tvett meg, og jeg blir hvitere enn snø.

*Deretter ber presten vekselvis med kantor/koret:*

**V. Ostende nobis, Domine, misericordiam tuam.  
R. Et salutare tuum da nobis.  
V. Domine, exaudi orationem meam.  
R. Et clamor meus ad te veniat.  
V. Dominus vobiscum.  
R. Et cum spiritu tuo.**

P. Vis oss, Herre, din miskunn.  
S. Og gi oss din frelse.  
P. Herre, hør min bønn.  
S. Og la mitt rop nå fram til deg.  
P. Herren være med dere.  
S. Og med din ånd.

**P: Oremus  
Exaudi nos, Domine, sanctæ Pater, omnipotens æterne Deus et mittere**

P. La oss be:  
Bønnhør oss, hellige Herre, allmektige Fader,

**digneris sanctum Angelum tuum de cælis,  
qui custdiat, foveat, protegat, vistet,  
atque defendat omnes habitantes in hoc  
habitaculo. Per Christum Dominum  
nostrum.  
R. Amen.**

evige Gud, og verdiges å sende din hellige engel fra himmelen, så han kan vokte, verne, gjeste, og forsvare alle som oppholder seg i dette hus. Ved Kristus, vår Herre.  
R. Amen.

*Deretter skifter presten fra korkåpe til messehaket, mens koret starter introitus. Så snart presten er klar, begynner han på TRINNBØNNEN*

*Presten ber ved alterets fot vekselvis med ministrantene*

P. In nomine Patris, et Filii,  
et Spiritus Sancti.  
S. Amen.  
P. Introibo ad altare Dei  
S. Ad Deum qui lætificat juventutem meam.

P. I Faderens og Sønnens  
og den Hellige Ånds navn.  
S. Amen  
P. Jeg vil gå fram for Guds alter.  
S. For Gud, min glede fra min ungdom av.

#### SALME 42

P. Judica me, Deus, et discerne causam  
meam de gente non sancta: ab homine  
iniquo et doloso erue me.  
S. Quia tu es, Deus, fortitudo mea: quare me  
repulisti, et quare tristis incedo, dum affligit  
me inimicus?  
P. Emitte lucem tuam et veritatem tuam:  
ipsa me deduxerunt et adduxerunt in  
montem sanctum tuum, et in tabernacula  
tua.  
S. Et introibo ad altare Dei: ad Deum qui  
lætificat juventutem meam.  
P. Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus  
meus quare tristis es anima mea, et quare  
conturbas me?  
S. Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor  
illi: salutare vultus mei, et Deus meus.  
P. Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.  
S. Sicut erat in principio, et nunc, et semper:  
et in sæcula sæculorum. Amen.  
P. Introibo ad altare Dei.  
S. Ad Deum qui lætificat juventutem meam.  
P. Adjutorium nostrum in nomine Domini.  
S. Qui fecit cælum et terram.

P. Døm meg, Gud, og før min sak mot det  
vanhellige folk, frels meg fra urettferdige og  
svikefulle mennesker.  
S. For Du, Gud, er min styrke. Hvorfor har Du  
støtt meg bort? Og hvorfor skal jeg gå sorgfull,  
når fienden trenger på meg?  
P. Send ut ditt lys og din sannhet, så de kan  
følge meg og føre meg til ditt hellige berg og til  
dine boliger.  
S. Jeg vil gå fram for Guds alter, for Gud, min  
glede fra min ungdom av.  
P. Jeg vil prise deg på harpe, Gud, min Gud!  
Hvorfor sørger du, min sjel, hvorfor uroer du  
meg?  
S. Håp på Gud, for jeg skal ennå prise Ham:  
mitt Åsyns frelse og min Gud.  
P. Ære være Faderen og Sønnen  
og den Hellige And.  
S. Som det var i opphavet så nå og alltid og i all  
evighet. Amen.  
P. Jeg vil gå fram for Guds alter.  
S. For Gud, min glede fra min ungdom av.  
P. Vår hjelp + er i Herrens navn.  
S. Han som har skapt himmel og jord.

#### SYNDSBEKJENNELSE

### *Prestens syndsbekjennelse.*

P. Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Joanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro et Paulo, omnibus Sanctis, et vobis fratres: quia peccavi nimis cogitatione verbo, et opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam semper Virginem, beatum Michaellem Archangelum, beatum Joannem Baptistam, sanctos Apostolos Petrum et Paulum, omnes Sanctos, et vos fratres, orare pro me ad Dominum Deum Nostrum.

S. Misereatur tui omnipotens Deus, et dimissis peccatis tuis, perducatur te ad vitam æternam.  
P. Amen.

### *Ministrantenes/folkets syndsbekjennelse.*

S. Confiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper Virgini, ...

P. Misereatur vestri omnipotens Deus, et dimissis peccatis vestris, perducatur vos ad vitam æternam. S. Amen.

P. Indulgentiam absolutionem, et remissionem peccatorum nostrorum, tribuat nobis omnipotens et misericors Dominus.  
S. Amen.

P. Deus, tu conversus vivificabis nos..  
S. Et plebs tua lætabitur in te.  
P. Ostende nobis Domine, misericordiam tuam.  
S. Et salutare tuum da nobis.  
P. Domine, exaudi orationem meam.  
S. Et clamor meus ad te veniat.  
P. Dominus vobiscum.  
S. Et cum spiritu tuo.  
P. Oremus.

### *Presten går opp til alteret - og sier stille.*

P. Aufer a nobis, quæsumus, Domine, iniquitates nostras ut ad Sancta sanctorum

P. Jeg bekjenner for Gud den allmektige, den hl. Maria, alltid jomfru, den hl. erkeengel Mikael, den hl. Johannes døperen, de hl. apostler Peter og Paulus, alle hellige og for dere brødre, at jeg har syndet meget i tanker, ord og gjerninger: *(han slår seg for brystet tre ganger)* ved min skyld, ved min skyld, ved min store skyld. Derfor ber jeg den hl. Maria, alltid jomfru, den hl. erkeengel Mikael, den hl. Johannes døperen, de hl. apostler Peter og Paulus, alle hellige og dere brødre, be for meg til Herren vår Gud.

S. Den allmektige Gud miskunne seg over deg, tilgi deg dine synder og føre deg til det evige liv.  
P. Amen.

S. Jeg bekjenner for Gud den allmektige, den hl. Maria, alltid jomfru, ....

P. Den allmektige Gud miskunne seg over dere, tilgi dere deres synder og føre dere til det evige liv. S. Amen

P. Den allmektige og nådefulle Gud + gi oss forlatelse og tilgivelse, og utslette våre synder.  
S. Amen.

P. Gud, vend deg atter til oss og gi oss nytt liv.  
S. Og ditt folk skal glede seg i deg.  
P. Herre, vis oss din miskunn.  
S. Og gi oss din frelse.  
P. Herre, hør min bønn.  
S. Og la mitt rop nå fram til deg.  
P. Herren være med dere.  
S. Og med din ånd.  
P. La oss be.

P. Vi ber deg, Herre, ta bort våre misgjerninger, så vi med et rent hjerte må gå inn til det

puris mereamur mentibus introire. Per  
Christum Dominum nostrum. Amen

allerhelligste.  
Ved Kristus vår Herre. Amen.

*Presten kysser alteret for å ære relikviene som er gjemt i alterstenen.*

P. Oramus te. Domine, per merita  
Sanctorum tuorum, quorum reliquiæ hic  
sunt, et omnium Sanctorum: ut indulgere  
digneris omnia peccata mea. Amen.

P. Vi ber deg, Herre, at Du ved dine helgeners  
fortjenester, hvis relikvier er her, og ved alle  
helliges fortjenester vil tilgi meg alle mine  
synder. Amen

## INNGANGSVERS

*Synges av koret/kantor.*

KYRIE *(Se salmebok for melodi.) (synges 3x3 ganger, ikke 3x2 som i Novus ordo)*

Event. GLORIA *(Se salmebok for melodi.)*

P. Gloria in excelsis Deo.

S. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Laudamus te. Benedicimus te. Adoramus te.  
Glorificamus te. Gratias agimus tibi propter magnam gloriam tuam. Domine Deus, Rex  
cælestis, Deus Pater omnipotens. Domine Fili unigenite, Jesu Christe. Domine Deus, Agnus  
Dei, Filius Patris, Qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Qui tollis peccata mundi, suscipe  
deprecationem nostram. Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis. Quoniam tu solus  
Sanctus. Tu solus Dominus. Tu solus Altissimus, Jesu Christe. Cum Sancto Spiritu in gloria  
Dei Patris. Amen.

## KIRKEBØNN

**P. Dominus vobiscum.**

**S. Et cum spiritu tuo.**

**P. Oremus.**

**P. Per omnia sæcula sæculorum.**

**S. Amen.**

P. Herren være med dere.

S. Og med din ånd.

P. La oss be.

P. I all evighet.

S. Amen.

## EPISTEL

**P/L: Lectio ...**

P/L: En lesning fra ....

Etter lesningen svares det:

S. Gud være lovet.

**S. Deo gratias.**

## GRADUALE/MELLOMSALME

## ALLELUJAVERS (ELLER TRACTUS)

MUNDA COR MEUM *(Presten ber stille før han synger/leser evangeliet.)*

P/D. Munda cor meum ac labia mea,  
omnipotens Deus, qui labia Isaiaë Prophetaë  
calculo mundasti ignito: ita me tua grata  
miseratione dignare mundare, ut sanctum

P/D. Rens mitt hjerte og mine lepper,  
allmechtige Gud, du som rensset profeten Isaia's'  
lepper med gloende kull. I din store nåde og  
miskunn rens meg også, så jeg verdig kan

Evangelium tuum digne valeam nuntiare.  
Per Christum Dominum nostrum. Amen.

forkynne ditt hellige Evangelium. Ved Kristus  
vår Herre. Amen.

P. Dominus sit in corde meo et in labiis  
meis, ut digne et competenter annuntiem  
evangelium suum. Amen.

P. Herren være i mitt hjerte og på mine lepper,  
så jeg verdig og rett kan forkynne hans  
evangelium. Amen

## EVANGELIUM

**P/D. Dominus vobiscum.**

**S. Et cum spiritu tuo.**

**P/D. Sequentia (el. Initium) sancti**

**Evangelii secundum N.**

**S. Gloria tibi, Domine.**

P/D. Herren være med dere.

S. Og med din ånd.

P/D. + Fortsettelsen/Innledningen til det hellige  
Evangelium etter N.

S. Ære være deg, Herre.

*Etter lesningen svares det:*

S. Laus tibi, Christe.

S. Lovet være du, Kristus.

*Presten kysser evangelieboken og sier stille:*

P. Per evangelica dicta  
deleantur nostra delicta.

P. Må evangeliets ord ta bort våre synder.

## PREKEN

### CREDO - TROSBEKJENNELSE (Se salmebok for melodi.)

Credo in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli et terræ, visibilium omnium et invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum. Et ex Patre natum ante omnia sæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, not factum, consubstantialem Patri: per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, et propter nostram salutem descendit de cælis. Et incarnatus est de Spiritu Sancto ex Maria Virgine: ET HOMO FACTUS EST. Crucifixus etiam pro nobis; sub Pontio Pilato passus, et sepultus est. Et resurrexit tertia die, secundum Scripturas. Et ascendit in cælum: sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria judicare vivos et mortuos. cujus regni non erit finis. Et in Spiritum Sanctum, Dominum et vivificantem: qui ex Patre Filioque procedit. Qui cum Patre, et Filio simul adoratur et conglorificatur: qui locutus est per Prophetas. Et unam, sanctam, catholicam et apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum baptisma in remissionem peccatorum. Et exspecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi sæculi. Amen.

## OFFERGAVENE FORBEREDES

**P. Dominus vobiscum.**

**S. Et cum spiritu tuo.**

**P. Oremus.**

P. Herren være med dere.

S. Og med din ånd.

P. La oss be.

## OFRINGSBØNN/-VERS

*Synges av koret/kantor.*

*Brødet bæres fram, og presten sier stille.*

P. Suscipe, sancte Pater, omnipotens æterne Deus, hanc immaculatam hostiam, quam ego indignus famulus tuus offero tibi, Deo meo vivo et vero, pro innumerabilibus peccatis, et offensionibus, et negligentibus meis, et pro omnibus circumstantibus, sed et pro omnibus fidelibus Christianis vivis atque defunctis. ut mihi, et illis proficiat ad salutem in vitam æternam.  
S. Amen.

P. Ta imot, hellige Fader, allmektige evige Gud, dette uplettede offer, som jeg, din uverdige tjener, bærer fram til deg, min levende og sanne Gud, for mine utallige synder, feil, forsømmelser, og også for alle som er til stede her, men også for alle troende kristne, levende og døde, så dette offer for meg og for dem må bli til frelse og evig liv.  
S. Amen

*Kalken gjøres i stand, vin og noen dråper vann helles i. Presten sier stille.*

P. Deus, qui humanæ substantiæ dignitatem mirabiliter condidisti, et mirabilius reformasti: da nobis per hujus aquæ et vini mysterium, ejus divinitatis esse consortes, qui humanitatis nostræ fieri dignatus est particeps, Jesus Christus Filius tuus Dominus noster: Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus. per omnia sæcula sæculorum. Amen.

P. Gud, du som på underfull måte har skapt menneskenaturens verdighet, og enda vidunderligere har gjenreist den: + la oss ved dette vanns og denne vins mysterium få del i hans guddom som har verdiget seg til å bli delaktig i vår menneskenatur, Jesus Kristus, din Sønn, vår Herre, som lever og styrer med deg i den Hellige Ånds enhet, Gud fra evighet til evighet. Amen.

*Kalken bæres fram. Presten sier stille.*

P. Offerimus tibi, Domine, calicem salutaris tuam deprecantes clementiam: ut in conspectu divinæ majestatis tuæ, pro nostra et totius mundi salute cum odore suavitatis ascendat. Amen.

P. In spiritu humilitatis, et in animo contrito suscipiamur a te, Domine, et sic fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo hodie, ut placeat tibi, Domine Deus.

P. Veni, Sanctificator omnipotens æterne Deus. et benedic hoc sacrificium tuo sancto nomini præparatum.

P. Vi bærer fram for deg, Herre, frelsens kalk, idet vi påkaller din nåde, så den med vellukt må stige opp for din guddommelige majestets åsyn til frelse for oss og hele verden. Amen.

P. I ydmykhets ånd og med botefullt sinn ber vi deg: ta imot oss, Herre, og la dette offer i dag fullbyrdes slik for ditt åsyn at det tekkes deg, Herre og Gud.

P. Kom Helliggjører, allmektige evige Gud, og velsign + dette offer som er gjort rede for ditt hellige navn.

HÅNDTVETT (Salme 25,6-12)

*Presten tvetter hendene før han skal røre ved Herrens legeme, og sier stille.*

P. Lavabo inter innocentes manus meas et circumdabo altare tuum, Domine.

- Ut audiam vocem laudis. et enarrem universa mirabilia tua.

- Domine, dilexi decorem domus tuæ: et

P. Jeg vil tvette mine hender mellom de uskyldige og gå fram for ditt alter, Herre.

For å høre din lovprisning og for å forkynne alle dine undergjerninger.

Herre, jeg elsker prakten i ditt hus og stedet



locum habitationis gloriæ tuæ.

- Ne perdas cum impiis, Deus animam meam: et cum viris sanguinum vitam meam:

- In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

- Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, et miserere mei.

- Pes meus stetit in directo: in ecclesiis benedicam te, Domine.

Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, et nunc, et semper: et in sæcula sæculorum. Amen.

hvor din herlighet bor.

La ikke min sjel gå til grunne med de ugudelige, heller ikke mitt liv med illgjerningsmennene.

I deres hender er urett, og deres høyre hånd lar seg kjøpe med gaver.

Men jeg ferdes i min uskyld, frels meg og miskunn deg over meg.

Min fot går på den rette vei; i de rettferdiges forsamlinger skal jeg prise deg, Herre.

Ære være Faderen og Sønnen og den Hellige And. Som det var i opphavet, så nå og alltid og i all evighet. Amen.

**BØNNER ETTER FRAMBÆRINGEN AV OFFERGAVENE. *Presten ber stille.***

P. Suscipe sancta Trinitas, hanc oblationem, quam tibi offerimus ob memoriam passionis, resurrectionis, et ascensionis Jesu Christi Domini nostri: et in honorem beatæ Mariæ semper Virginis, et beati Joannis Baptistæ, et sanctorum Apostolorum Petri et Pauli, et istorum, et omnium Sanctorum: ut illis proficiat ad honorem, nobis autem ad salutem: et illi pro nobis intercedere dignentur in cælis, quorum memoriam agimus in terris. Per eundem Christum Dominum nostrum.  
S. Amen.

P. Ta mot dette offer, hellige Treenighet, det vi bærer fram for deg til minne om Vår Herres Jesu Kristi lidelse, oppstandelse og himmelferd, og til ære for den salige Maria, alltid jomfru, den hellige Johannes døperen og de hellige apostler Peter og Paulus og til ære for disse (som det er relikvier av i alteret) og for alle helgener, så det må bli til heder for dem, men til frelse for oss, og at de, som vi feirer minnet om på jorden, må verdiges å be for oss i himmelen. Ved ham, Kristus, vår Herre.

S. Amen

**ORATE FRATRES - *Presten vender seg til menigheten og sier:***

**P. Orate fratres, ut meum ac vestrum sacrificium acceptabile fiat apud Deum Patrem omnipotentem.**

P. Be, brødre, om at mitt og deres offer må tekkes Gud, den allmechtige Fader.

S. Suscipiat Dominus sacrificium de manibus tuis ad laudem et gloriam nominis sui, ad utilitatem quoque nostram, totiusque Ecclesiæ suæ sanctæ.

S. Herren ta imot dette offer fra dine hender til lov og ære for sitt navn og til gagn for oss og hele hans hellige Kirke.

STILLE BØNN / Secreta

PREFASJONEN

**P. ... .. per omnia sæcula sæculorum.  
S. Amen.**

P. ... fra evighet til evighet.

S. Amen.

**P. Dominus vobiscum.**

P. Herren være med dere.

**S. Et cum spiritu tuo.**

S. Og med din ånd.

**P. Sursum corda.**  
**S. Habemus ad Dominum.**  
**P. Gratias agamus Domino Deo nostro.**  
**S. Dignum et justum est.**  
**P. Vere dignum et justum est, æquum et salutare, nos tibi semper, et ubique gratias agere: ... ..**

P. Løft deres hjerter.  
S. Vi har løftet dem til Herren.  
P. La oss takke Herren, vår Gud.  
S. Det er verdig og rett.  
P. I sannhet, verdig og rett er det ... .. :

SANCTUS – (Se salmebok for melodi.)

Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth. Pleni sunt cæli et terra gloria tua. Hosanna in excelsis. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hosanna in excelsis.

CANON

*(Canon betyr egentlig rettesnor, norm, en fast ordning. Den er messeofferets eldste og mest hellige del, og den bes i sin helhet stille av presten.)*

BØNN FOR VERDENSKIRKEN

P. Te igitur, clementissime Pater, per Jesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum, supplices rogamus ac petimus uti accepta habeas, et benedicas hæc dona, hæc munera, hæc sancta sacrificia illibata; in primis quæ tibi offerimus pro Ecclesia tua sancta catholica; quam pacificare, custodire, adunare, et regere digneris toto orbe terrarum: una cum famulo tuo Papa nostro N., et Antistite nostro N. et omnibus orthodoxis, atque catholicæ et apostolicæ fidei cultoribus.

P. Vi ber deg, mildeste Fader, ved Jesus Kristus, din Sønn, vår Herre, og bønnfaller deg i dybeste ydmykhet at du i nåde vil ta mot og velsigne + disse gaver, + disse frambæringer, + disse hellige og rene offer som vi bærer fram for deg, framfor alt for din hellige katolske Kirke; at du nådig vil bevare den i fred, verne, samle og styre den over hele jordkretsen sammen med din tjener, vår pave N. og vår biskop N. og alle rettroende tjenere i den katolske og apostoliske tro.

BØNN FOR DE LEVENDE

P. Memento, Domine, famulorum, famularumque tuarum N. et N. et omnium circumstantium, quorum tibi fides cognita est, et nota devotio, pro quibus tibi offerimus. vel qui tibi offerunt hoc sacrificium laudis pro se, suisque omnibus, pro redemptione animarum suarum, pro spe salutis, et incolumitatis suæ; tibi que reddunt vota sua æterno Deo, vivo et vero.

P. Kom i hu, Herre, dine tjenere, menn og kvinner N. og N. og alle tilstedeværende, som med sin tro og andakt er kjent for deg, og som vi ofrer for, eller som selv bærer fram dette lovoffer for seg selv og alle sine, for sine sjelers forløsning, for sitt håp om frelse og velferd, og som bærer fram sine bønner og gaver for deg, den evige, levende og sanne Gud.

PÅKALLING AV DEN TRIUMFERENDE KIRKE

P. Communicantes, et memoriam venerantes in primis gloriosæ semper Virginis Mariæ, Genitricis Dei et Domini

P. Delaktige i de helliges samfunn feirer vi



nostri Jesu Christi: sed et beati Joseph ejusdem Virginis Sponsi, et beatorum Apostolorum ac Martyrum tuorum, Petri et Pauli, Andreæ, Jacobi, Joannis, Thomæ, Jacobi, Philippi, Bartholomæi, Matthæi, Simonis, et Thaddæi: Lini, Cleti, Clementis, Xysti, Cornelii, Cypriani, Laurentii, Chrysogoni, Joannis et Pauli, Cosmæ et Damiani, et omnium Sanctorum tuorum; quorum meritis precibusque concedas, ut in omnibus protectionis tuæ muniamur auxilio. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

## DE SISTE BØNNER FØR FORVANDLINGEN

P. Hanc igitur oblationem servitutis nostræ, sed et cunctæ familiæ tuæ quæsumus, Domine, ut placatus accipias, diesque nostros in tua pace disponas, atque ab æterna damnatione nos eripi, et in electorum tuorum jubeas grege numerari. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

P. Quam oblationem tu, Deus, in omnibus, quæsumus, benedictam, adscriptam, ratam, rationabilem, acceptabilemque facere digneris, ut nobis Corpus, et Sanguis fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri Jesu Christi.

FORVANDLINGEN (*Presten gjentar Kristi ord i nattverdsalen over brødet og vinen, som derved blir forvandlet til Jesu hellige legeme og blod.*)

P. Qui pridie quam pateretur, accepit panem in sanctas ac venerabiles manus suas, et elevatis oculis in cælum ad te Deum Patrem suum omnipotentem tibi gratias agens, benedixit, fregit, deditque discipulis suis, dicens: Accipite, et manducate ex hoc omnes:

**HOC EST ENIM CORPUS MEUM.**

*Presten bøyer deretter kne for Frelseren, som nå er til stede, og løfter så Herrens legeme opp til tilbedelse.*

P. Simili modo postquam cænatum est, accipiens et hunc præclarum Calicem in

framfor alt minnet om den hederkronede, all tid rene jomfru Maria, mor til vår Gud og Herre Jesus Kristus, men også om dine salige apostler og martyrer, Peter og Paulus, Andreas, Jakob, Johannes, Tomas, Jakob, Filip, Bartolomeus, Matteus, Simon og Taddeus, Linus, Kletus, Klemens, Sixtus, Kornelius, Kyprian, Laurentius, Krysogonus, Johannes og Paulus, Kosmas og Damian og alle dine helgener. Gi oss ved deres fortjenester og forbønner at vi i alt må erfare din sterke hjelp og ditt vern. Ved ham, Kristus, vår Herre. Amen.

P. Så ber vi deg, Herre, ta nådig mot dette offer av oss, dine tjenere, og av hele din menighet, styr våre dager i din fred, frels oss fra evig fordømmelse og la oss engang få plass blant dine utvalgte: Ved Kristus, vår Herre. Amen.

P. Verdiges, Herre, vi ber deg, i alt å gjøre dette offer + velsignet, + helliget, +verdige, fullkomment og tekkelig, så det for oss må bli til din elskede Sønns, vår Herres Jesu Kristi + legeme og + blod.

P. Han som dagen før sin bitre lidelse tok brødet i sine hellige og ærverdige hender, løftet sine øyne opp mot himmelen til deg, Gud, hans allmechtige Fader, takket deg, + velsignet, brøt det, gav det til sine disipler, og sa: Ta og et alle av det,

FOR DETTE ER MITT LEGEME.

P. Likeså tok han også etter nattverden, denne kostelige kalk i sine hellige og ærverdige

sanctas ac venerabiles manus suas item tibi gratias agens, benedixit, deditque discipulis suis, dicens. Accipite, et bibite ex eo omnes:

**HIC EST ENIM CALIX SANGUINIS  
MEI, NOVI ET ÆTERNI  
TESTAMENTI  
- MYSTERIUM FIDEI - QUI PRO  
VOBIS ET PRO MULTIS  
EFFUNDETUR IN REMISSIONEM  
PECCATORUM.**

Hæc quotiescumque feceritis, in mei memoriam facietis.

*Presten bøyer atter kne og løfter kalken med Jesu hellige blod, så menigheten kan tilbe det.*

#### MINNET OM KRISTI FORLØSERVERK

P. Unde et memores, Domine, nos servi tui, sed et plebs tua sancta, ejusdem Christi Filii tui Domini nostri tam beatæ Passionis, nec non et ab inferis Resurrectionis, sed et in cælos gloriosæ Ascensionis. offerimus præclaræ majestati tuæ de tuis donis ac datis hostiam puram, hostiam sanctam, hostiam immaculatam, Panem sanctum vitæ æternæ, et calicem salutis perpetuæ.

P. Supra quæ propitio ac sereno vultu respicere digneris; et accepta habere, sicuti accepta habere dignatus es munera pueri tui justii Abel, et sacrificium patriarchæ nostri Abrahæ, et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus Melchisedech, sanctum sacrificium, immaculatam hostiam.

P. Supplices te rogamus, omnipotens Deus, jube hæc perferri per manus sancti Angeli tui in sublime altare tuum, in conspectu divinæ majestatis tuæ: ut quoque ex hac altaris participatione, sacrosanctum Filii tui Corpus, et Sanguinem sumpserimus, omni benedictione cælesti et gratia repleamur. Per eundem Christum Dominum nostrum. Amen.

#### BØNN FOR DE AVDØDE

P. Memento etiam, Domine, famulorum

hender, takket deg atter, + velsignet den og rakte den til sine disipler, idet han sa: Ta og drikk alle av den,

FOR DETTE ER MITT BLODS, DET NYE OG EVIGE TESTAMENTS KALK - TROENS MYSTERIUM - SOM SKAL UTGYTES FOR DERE OG MANGE TIL FORLATELSE FOR SYNDENE.

Så ofte som dere gjør dette, gjør det til minne om meg.

P. Vi minnes nå, Herre, vi dine tjenere og hele ditt hellige folk, den samme Kristi, din Sønn, vår Herres, salige lidelse. men også hans oppstandelse fra de døde og hans herlige himmelferd, og bærer fram for din opphøyede majestet av dine goder og gaver et + rent offer, et + hellig offer, et + lytefritt offer, det evige livs hellige + brød og den, evige + frelses kalk.

P. Verdiges med nådig og mildt åsyn å se ned på dette offer og motta det, likesom du med velvilje tok mot din rettferdige tjener Abels offer og vår patriark `Abrahams offer og det hellige og lytefri offer som din øversteprest Melkisedek bar fram for deg.

P. Allmektige Gud, vi ber deg ydmykt, la dette offer ved din hellige engels hender bæres fram til ditt opphøyede alter for din guddommelige majestets åsyn, så alle vi som med del i dette alter tar imot din Sønn høyhellige + legeme og + blod, må bli fylt med + all himmelsk velsignelse og nåde. Ved ham, Kristus, vår Herre. Amen.

P. Kom også i hug, Herre, dine tjenere, menn og

famularumque tuarum N. et N. qui nos  
præcesserunt cum signo fidei, et dormiunt in  
somno pacis.

Ipsis, Domine, et omnibus in Christo  
quiescentibus, locum refrigerii, lucis et  
pacis, ut indulgeas, deprecamur. Per  
eundem Christum Dominum nostrum.  
Amen.

## BØNN OM DEL I DE HELLIGES SAMFUNN

P. Nobis quoque peccatoribus famulis tuis,  
de multitudine miserationum tuarum  
sperantibus, partem aliquam, et societatem  
donare digneris, cum tuis sanctis Apostolis  
et Martyribus, cum Joanne, Stephano,  
Matthia, Barnaba, Ignatio, Alexandro,  
Marcellino, Petro, Felicitate, Perpetua,  
Agatha, Lucia, Agnete, Cæcilia, Anastasia,  
et omnibus Sanctis tuis, intra quorum nos  
consortium, non æstimator meriti sed veniæ,  
quæsumus, largitor admitte. Per Christum  
Dominum nostrum.

CANON avsluttes med følgende bønn:

P. Per quem hæc omnia Domine, semper  
bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis,  
et præstas nobis.

P. Per ipsum,  
et cum ipso,  
et in ipso,  
est tibi Deo Patri omnipotenti,  
in unitate Spiritus Sancti,  
omnis honor et gloria,

HERRENS BØNN (*Presten synger/sier høyt:*)

**P. ... per omnia sæcula sæculorum.  
S. AMEN!**

**P. Oremus. (*presten synger alene*)  
Præceptis salutaribus moniti, et divina  
institutione formati, audemus dicere:  
S. Pater noster, qui es in cælis. sanctificetur  
nomen tuum: adveniat regnum tuum: fiat  
voluntas tua, sicut in cælo, et in terra.**

kvinner, N.N. som er gått i forveien for oss med  
troens innsegl og sover fredens søvn.

Dem, Herre, og alle som hviler i Kristus, gi du,  
vi ber deg, vederkvegelsens, lysets og fredens  
bolig. Ved ham, Kristus, vår Herre. Amen.

P. Også oss, syndere, dine tjenere, som håper på  
din mangfoldige miskunn, verdiges du å gi noen  
del og fellesskap med dine hellige apostler og  
martyrer med Johannes, Stefan, Mattias,  
Barnabas, Ignatius, Aleksander, Marcellinus,  
Peter, Felicitas, Perpetua, Agata, Lucia, Agnes.  
Cecilia, Anastasia og alle dine hellige. Vi ber  
deg la oss komme i samfunn med dem, ikke for  
våre fortjenesters skyld, men ved din tilgivelse.  
Ved Kristus, vår Herre

P. Ved ham skaper, + helliggjør, levendegjør,+  
velsigner og + tildeler du oss alltid alle disse  
goder.

Ved ham +  
og med ham +  
og i ham +  
har du, Gud, allmektige + Fader,  
i den Hellige + Ånds enhet,  
all ære og herlighet.

P. ... fra evighet og til evighet.  
S. AMEN!

P. La oss be:  
Oppmuntret ved hellbringende formaninger  
og veiledet ved guddommelig undervisning  
våger vi å si:  
S. Fader vår, Du som er i himlene, helliget  
vorde ditt navn, komme ditt rike, skje din vilje

**Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem:**  
**S. Sed libera nos a malo.**  
**P. Amen.**

som i himmelen, så og på jorden. Gi oss i dag vårt daglige brød, og forlat oss vår skyld, som og vi forlater våre skyldnere, og led oss ikke i fristelse.  
S. Men frels oss fra det onde.  
P. Amen.

#### BØNN OM FRED

*Presten fortsetter stille.*

P. Libera nos, quæsumus, Domine, ab omnibus malis, præteritis, præsentibus, et futuris, et intercedente beata et gloriosa semper Virgine Dei Genitrice Maria, cum beatis Apostolis tuis Petro et Paulo, atque Andrea, et omnibus Sanctis, da propitius pacem in diebus nostris, ut ope misericordiæ tuæ adjuti, et a peccato simus semper liberi, et ab omni perturbatione securi.  
Per eundem Dominum nostrum Jesum Christum Filium tuum. Qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus Sancti Deus.

P. Frels oss, Herre, vi ber deg, fra alt ondt, både det som hører fortiden, nåtiden og framtiden til, og på forbønn av den salige og hederkronede, alltid rene jomfru, Guds mor Maria, dine salige apostler Peter og Paulus og Andreas og alle helgener, gi oss nådig fred i våre dager, så vi med hjelp av din miskunn alltid må være fri for synd og trygget mot all trengsel.  
Ved ham, vår Herre Jesus Kristus, din Sønn, som lever og hersker med deg i den Hellige Ånds enhet, Gud.

**Per omnia sæcula sæculorum.**  
**S. Amen.**

P (høyt). Fra evighet og til evighet. Amen.  
S. Amen.

*Presten bryter den hellige Hostie i tre deler, og synger/sier deretter:*

**P. Pax Domini sit semper vobiscum.**  
**S. Et cum spiritu tuo.**

P. Herrens + fred være + alltid med + dere.  
S. Og med din ånd.

*Presten legger den minste del av hostien i kalken sier stille:*

P. Hæc commixtio et consecratio Corporis et Sanguinis Domini nostri Jesu Christi, fiat accipientibus nobis in vitam æternam. Amen.

P. Måtte denne blanding og vigsel av vår Herres Jesu Kristi legeme og blod føre oss som mottar den, til evig liv. Amen

AGNUS DEI – *(Se salmebok for melodi.)*

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis. Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem.

SISTE BØNNER FØR KOMMUNIONEN *(Presten ber stille.)*

P. Domine Jesu Christe, qui dixisti Apostolis tuis. Pacem relinquo vobis, pacem meam do vobis. ne respicias peccata mea, sed fidem Ecclesiæ tuæ: eamque secundum voluntatem tuam pacificare et coadunare digneris. qui

P. Herre Jesus Kristus, du som sa til dine apostler: Fred etterlater jeg dere, min fred gir jeg dere, se ikke på mine synder, men på din Kirkes tro og verdiges etter din vilje å gi den fred og enighet. Du som lever og hersker,

vivis et regnas Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

P. Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, qui ex voluntate Patris, cooperante Spiritu Sancto, per mortem tuam mundum vivificasti: libera me per hoc sacrosanctum Corpus et Sanguinem tuum ab omnibus iniquitatibus meis, et universis malis, et fac me tuis semper inhærere mandatis, et a te numquam separari permittas. Qui cum eodem Deo Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas Deus in sæcula sæculorum. Amen.

P. Perceptio Corporis tui, Domine Jesu Christe, quod ego indinus sumere præsumo, non mihi proveniat in iudicium et condemnationem; sed pro tua pietate prosit mihi ad tutamentum mentis et corporis, et ad medelam percipiendam. Qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

PRESTENS KOMMUNION. *Han bøyer seg og sier stille:*

P. Panem cælestem accipiam, et nomen Domini invocabo.

Gud, fra evighet, og til evighet. Amen.

P. Herre Jesus Kristus, den levende Guds Sønn, som etter Faderens vilje, under den Hellige Ånds medvirkning ved din død har gitt verden livet, frels meg ved dette ditt høyhellige legeme og blod alle mine synder og fra alt ondt; gi at jeg alltid følger dine bud, og tillat ikke at jeg noensinne skilles fra deg. Du som med den samme. Gud Fader og den Hellige And lever og hersker, Gud, fra evighet og til evighet. Amen.

P. Herre Jesus Kristus, la nytingen av ditt legeme, som jeg uverdige våger å motta, ikke bli til dom og fortapelse for meg, men la det etter din miskunn tjene til vern for meg og som legemiddel for sjel og legeme. Du som lever og hersker med Gud Fader i den Hellige Ands enhet, Gud fra evighet og til evighet. Amen.

*Presten slår seg tre ganger for brystet og sier hver gang:*

P. **Domine, non sum dignus**, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur anima mea.

P. Himmelbrødet vil jeg nyte og kalle på Herrens navn.

P. Herre, jeg er ikke verdig til at du går inn under mitt tak, men si bare et ord, så blir min sjel frisk. (3 ganger)

*Presten signer seg med Herrens legeme og nyter det med disse ord:*

P. Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

P. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem salutaris accipiam, et nomen Domini invoacbo. Laudans invocabo Dominum, et ab inimicis meis salvus ero.

P. Vår Herres Jesu Kristi legeme vokte min sjel til det evige liv. Amen.

P. Hvorledes skal jeg gjengjelde Herren alt han har gjort for meg? Jeg vil gripe frelsens kalk og kalle på Herrens navn. Med lovprisning vil jeg kalle på Herren, så blir jeg frelst fra mine fiender.

*Presten signer seg med kalken og drikker av den med disse ord:*

P. Sanguis Domini nostri Jesu Christi custodiat animam meam in vitam æternam. Amen.

P. Vår Herres Jesu Kristi blod vokte min sjel til det evige liv. Amen.

*De som ønsker å motta den hellige kommunion, går nå frem til kommunionbenken.*

**P. Ecce Agnus Dei,**

**ecce qui tollit peccata mundi:**

**P. Domine, nom sum dignus ut intres sub  
tectum meum; sed tantum dic verbo, et  
sanabitur anima mea.**

P. Se Guds Lam,

se Ham som bærer verdens synder..

P. Herre, jeg er ikke verdig til at du går inn  
under mitt tak, men si bare et ord, så blir min  
sjel frisk. - *(3 ganger)*

P. Corpus Domini nostri Jesu Christi custodiat  
animam tuam in vitam æternam. Amen.

P. Vår Herres Jesu Kristi blod vokte din sjel  
til det evige liv. Amen.

#### BØNNER ETTER KOMMUNIONEN

*Presten renser de hellige offerkar, disk og kalk, idet han ber stille:*

P. Quod ore sumpsimus, Domine, pura mente  
capiamus, et de munere temporali fiat nobis  
remedium sempiternum.

P. La oss, Herre, i et rent hjerte gi rom for det  
vi har tatt mot med munnen, så denne timelige  
gave blir til evig frelse for oss.

P. Corpus tuum, Domine, quod sumpsi, et  
Sanguis quem potavi, adhæreat visceribus  
meis.. et præsta, ut in me non remaneat  
scelerum macula, quem pura et sancta  
refererunt sacramenta. Qui vivis et regnas in  
sæcula sæculorum. Amen.

P. Ditt legeme, Herre, som jeg har mottatt, og  
ditt blod som jeg har drukket, gjennomtreng  
mitt innerste, så ingen syndeflekk må bli  
tilbake hos meg, som disse rene og hellige  
mysterier har styrket. Du som lever og hersker  
fra evighet og til evighet. Amen.

#### KOMMUNIONSVERS

*Synges av koret/kantor rett etter prestens kommunion.*

#### SLUTNINGSBØNNER

**P. Dominus vobiscum.**

**S. Et cum spiritu tuo.**

**P. Oremus .....**

**S. Amen.**

P. Herren være med dere.

S. Og med din ånd.

P. La oss be. ....

S. Amen.

#### UTSENDING

**P. Dominus vobiscum.**

**S. Et cum spiritu tuo.**

**P. Ite, Missa est.**

**S. Deo gratias!**

P. Herren være med dere.

S. Og med din ånd.

P. Gå, messeofferet er fullbrakt.

S. Gud være lovet!

*Presten bøyer seg dypt foran alteret og ber i stillhet:*



P. Placeat tibi, sancta Trinitas, obsequium servitutis meæ: et præsta, ut sacrificium quod oculis tuæ majestatis indignus obtuli, tibi sit acceptabile, mihi que, et omnibus pro quibus illud obtuli, sit te miserante propitiabile. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

**P. Benedicat vos omnipotens Deus Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus.**  
**S. Amen.**

## DET SISTE EVANGELIUM

*Messen slutter vanligvis med innledningen til Johannes-evangeliet.*

P. Dominus vobiscum.  
S. Et cum spiritu tuo.  
P. Initium sancti Evangelii secundum Joannem.  
S. Gloria tibi, Domine.

P. In principio erat Verbum et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil quod factum est; in ipso vita erat, et vita erat lux hominum; et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt.

Fuit homo missus a Deo cui nomen erat Joannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognovit. In propria venit, et sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri; his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, sed ex deo nati sunt. ET VERBUM CARO FACTUM EST et habitabit in nobis; et vidimus gloriam ejus gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratiæ et veritatis.  
S. Deo gratias.

P. La denne min lydige tjeneste tekkes deg, hellige Treenighet, og gi at dette offer, som jeg, uverdige, har båret fram for din guddommelige majestets åsyn, må bli tatt mot med glede, og at det ved din miskunn må bli til soning for meg og for alle dem jeg har båret det fram for. Ved Kristus, vår Herre. Amen.

P. Den allmektige Gud, Faderen, Sønnen og den Hellige And, + velsigne dere.  
S. Amen.

P. Herren være med dere.  
S. Og med din ånd.  
P. Innledningen til det hellige evangelium + etter Johannes.  
S. Ære være deg, Herre.

P. I opphavet var Ordet, og Ordet var hos Gud, og Ordet var Gud. Han var i opphavet hos Gud. Alt er blitt til ved ham, og uten ham er ikke noe blitt til av det som er blitt til. I ham var livet, og livet var lyset for menneskene, og lyset skinte i mørket, og mørket forstod det ikke.

Det var en mann, sendt fra Gud, hans navn var Johannes. Han kom til vitnesbyrd, han skulle vitne om lyset, så alle skulle komme til å tro ved ham. Han var ikke lyset, men han skulle vitne om lyset. Det var det sanne lys, som opplyser hvert menneske, som kommer til verden. Han var i verden, og verden er blitt til ved ham, og verden kjente ham ikke. Han kom til sitt eget, og hans egne tok ikke imot ham. Men alle som tok imot ham, har han gitt makt til å bli Guds barn, dem, som tror på hans navn, som ikke er født av blod, heller ikke av kjøts vilje, heller ikke av manns vilje, men av Gud. (alle kneler) OG ORDET ER BLITT KJØT og bodde iblant oss, og vi har sett hans herlighet, en herlighet som den Enbårne har fra Faderen, full av nåde og sannhet.  
S. Gud være lovet.

BØNNER ETTER STILLE MESSE: *(Ikke etter sunget messe.)*

Hill deg, Maria, full av nåde, Herren er med deg. Velsignet er du blant kvinner, og velsignet er ditt livs frukt, Jesus. Hellige Maria, Guds mor, be for oss syndere, nå og i vår dødstime. Amen. *(Bes tre ganger)*

Hill deg, dronning, barmhjertighetens mor, du vårt liv, vår glede og vårt håp, vær hilset. Til deg roper vi, Evas landflyktige barn. Til deg sukker vi med sorg og gråt i denne tårenes dal. Å, du vår forbeder, se med dine miskunnsfulle øyne ned til oss, og etter denne landflyktighetens tid vis oss Jesus, ditt livs velsignede frukt. Du milde, du kjærlige, du blide jomfru Maria.

P. Be for oss, Guds hellige Mor.

S. At vi må bli verdige til Kristi løfter.

La oss be: Gud, du vår tilflukt og vår styrke, se i nåde til ditt folk som roper til deg. Hør i miskunn og nåde de bønner vi ber for syndernes omvendelse og for vår hellige mors, Kirkens friket og opphøyelse, på forbønn av den ærverdige og rene jomfru og Guds mor, Maria, hennes brudgom den salige Josef, dine salige apostler Peter og Paulus og alle helgener. Ved ham, Kristus, vår Herre. Amen.

Hellige erkeengel Mikael, forsvar oss i striden, verg oss mot djevelens ondskap og list. Ydmykt trygler vi om at Gud må holde den onde i age. Og deg, som er høvding for de himmelske herskarene, ber vi om at du, med den kraft som Gud har gitt deg, vil styrte i avgrunnen Satan og de andre ondskapens ånder som til sjelenes ulykke ferdes omkring i verden. Amen.

P. Jesu høyhellige hjerte.

S. Miskunn deg over oss. *(Bes tre ganger.)*